git hoc modo. enim ꝓ quia. virgam qua ad regēdum
equū vſus fuerat in oculum vnius barbari direxit. No
ta ꝙ. Valerius dicit vſus fuerat non dicit vtebatᷣ: quia
captiuus ne eciam equū ducere poteſt vel regere cum
ſit ſeruus. qui barbarus vi doloris accenſus ſicca. i. gla
dio acuto latus craſſi confodit. & dum ſe vlſciſcitᷣ bar
barus. imperatorem romanū turpitudine maieſtatis
amiſſe liberauit. Deinde hunc actū extollens. Valeri-
us dicit. Craſſus fortitudine ſua: oſtendit ꝙ indignū
virum tam graui ꝯtumelia barbarus afficere noluiſſet
Non erat enim dignus in ſeruitutē redigi & vere hoc
oſtendit Craſſus. quoniāquidem ſue libertati mirabi
les laq̄os ab ea cōtumelia iniectos prudēter pariter &
fortiter rupit & ſe ariſtonico iā donatū ſue dignitati
reddidit. Vide animum romanoꝝ. Nam ex hoc ꝙ cau
ſam mortis ſue dedit. Dicit Valerius ꝙ ſe ab ariſtoni
co liberauit: & ſe ipſum moriēdo libertati reſtituit.

Eodem mentis ꝓpoſito.

Hic ſcipio fuit ſocer pompey. De ſcipionū magno ge-
nere ortum trahēs. qui poſtquā viriliter generis ſui
partes bellando in aſia defendit: tandē a ceſarianis mi
litibus victus ꝑ nauigium in hiſpaniā vadens ceſaris
partes inuenit in mari: cū quibus bellādo videns nauē
qua vehebatᷣ ab hoſtibus captā. ꝓcordia ſua tranſuer
berauit ac demū querentibus ceſarianis militibus vbi
nā eēt īperator ꝓſtratus in pupi nōdum mortuus reſ
pondit imperator. ſe bene habet tantūꝙ eloqui valuit
quantum ſatis erat ad teſtandā eterne laudis fortitu-
dinem. Hoc narratū inuenies & a ſeneca in epiſtolis et
Suetonius idem narrat.

Tui quoꝙ clariſſimi.

Quia poſuit exempla illorū que cauſam mortis preſtite
runt. Vt pocius morerentᷣ liberi ꝙ viuerent miſeri. &
illoꝝ qui eadem cauſa ſe ipſos interfecerunt ponit ca-
thonis exemplum in ſe & ī ſua filia. lege ſic. O catho
vticenſis a ꝓuincia ſic dicta. tui ꝙ clariſſimi exceſſus